

De pontifice summo et episcopis.²⁶

Quod de ueritate corporis ecclesiae sub uno capite Christo²⁷ deque episcoporum ministerio et officio ex uerbo Dei liber dicit, agnoscimus et acceptamus. Verum quae de pontifice summo et uerborum ordine potestas ex praerogatiua
 5 Petri comminiscit, nequaquam probamus. Nam postquam exspirauit typicum ueteris populi sacerdotium, alium nullum uel habet uel agnoscit ecclesia uera summum pontificem praeter Iesum Christum aeternum sacerdotem,²⁸ qui et astat uultui Dei interpellans patrem pro nobis²⁹ et in medio suorum praesens manet usque ad consummationem saeculi³⁰ et suam ecclesiam Spiritu sancto
 10 gubernat, regit ac consolatur,³¹ ut summo pontifice homine in terris non sit opus. Vanum est, quod de praerogatiua Petri³² somniat multoque uanius, quod de pleni-[207:]tudine potestatis, sedi alicui aut successioni collata fingit, cum quicquid autoritatis, dignitatis aut praerogatiuae seu Petro seu aliis uel apostolis uel quibuscunque ecclesiae ministris concessum legit, id
 15 totum nec personis ipsis nec successioni nec loca tenentibus, sed communi ecclesiae caetui ac sacrosancto uerbi ministerio datum collatumque intelligi debeat. Vnde nullam iure diuino potestatis plenioris eminentiam uel dignitatis praerogatiuam supra aliarum ecclesiarum episcopos obtinet Romanae sedis pontifex. Eam uero, quam ex Nicaenae synodi commissione dignitatem
 20 accepit,³³ hortibili diuturnoque abusu prodidit. Nam praeter miserandam desolationem ac separationem ecclesiarum orientalium praeter superstitionem, tyrannidem, ambitionem aliaque infinita damna ac nocumenta, quae primatus ille – a doctrina Christi quam alienissimus – peperit et hucusque alit, etiam uerbi coelestis ministerium salutare mirum in modum impediit et
 25 intoleranda mala ecclesiae intulit et quotidie infert praeter quae nihil unquam ab eodem exspectari poterit. Quicquid uero in uniuersum de episcopis et presbyteris scriptura continet, id omne non de papalibus sacrificulis et

²⁶ Vgl. Augsburger Interim XIII, 71. 73.

²⁷ Vgl. Eph 1,22f.

²⁸ Vgl. Hebr 6,20.

²⁹ Vgl. Röm 8,34.

³⁰ Vgl. Mt 28,20.

³¹ Vgl. Phil 2,1.

³² Vgl. Augsburger Interim XIII, 71. 73. Nach altgläubiger Auffassung waren die Päpste Nachfolger des Apostels Petrus und verfügten daher über den Primat innerhalb der Kirche und hatten die höchste Jurisdiktionsgewalt inne. Begründet wurde dieser Papstprimat vor allem mit Mt 16,16–19; 28,10; Lk 22,31f und Joh 21,15–19. Vgl. Georg Schwaiger, Art. Papsttum I. 2, in: TRE 25 (1995), 647f.

³³ Gemeint sind die Kanones der Synode von Serdika (um 343), in: DH 133–135, die dem Bischof von Rom bei Streitigkeiten unter den Bischöfen die höchste Rechtsvollmacht zusprachen. Vgl. Augsburger Interim XIII, 71. 73. Das Konzil von Serdika tagte in getrennten Sitzungen der west- bzw. ostkirchlichen Bischöfe. Die 21 Kanones, auf die hier angespielt wird, wurden von der Versammlung der westkirchlichen Bischöfe beschlossen und stehen am Anfang des langen Trennungsprozesses zwischen West- und Ostkirche. Von westkirchlicher Seite wurden sie immer wieder zitiert und auch als „nicänische Kanones“ ausgegeben. Vgl. Georg Schwaiger, Art. Papsttum I, in: TRE 25 (1995), 650.